

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIIT CONCILIVM SPALENSE PRIMVM.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

INCIPIT CONCILIVM SPALENSE PRIMVM.



DOMINO SANCTO ET REVERENTER A NOBIS HONORANDO carissimo fratri Pegasio episcopo, Leander, Iohannes, Agapius, Stephanus, Basilus, Velatus, sintio, & Petrus Episcopi qui in vna Vrbe Spalensi assumus, Sanctitatem tuam charitatis studio salutates precamur dominum qui nos de salute mutua, vel visione letificare dignatur te letum multo conferuet in tempore.

Capitulum primum.

Interea confidentibus nobis in ecclesia Spalensi sancta Hierusalē breue mācipiorum ecclesie que liberasse vilus fuerat decessor tuus sancte recordationis Gaudentius episcopus vestri nobis diaconi obtulerunt, & non solum que liberauerat ibidem relegimus, sed etiam que proximis suis de famulis ecclesie dōauerat in eodem breui inuenimus ānotata, Qua de re canonum instituta consulimus, si talis libertas, aut transactio potuisset esse stabilis. Comperimus autem in canone, vt episcopus qui res proprias excepto filiis, & nepotibus alteri, & nō ecclesie sue dimiserit, quicquid de ecclesie rebus, aut donauit, aut vendidit, aut quoquomodo ab ecclesia transfudit irritum habeatur. Et ideo si res precessoris tui Gaudentii episcopi ecclesia vestra nō possidet, liberi qui ab eo facti sunt, nō sunt legitime absoluti. Ceterum si res illius in compensationem ecclesie vestre deseruiunt, illi prorsus maneat liberi. Nam vt dictum est, si prestitum de rebus suis non fecit, tale dānum vtiq; ferre non debuit. Propterea ergo de vno consensu omnes significamus magis humanius q̄ seuerius cogitantes, vt hi quos constat tali conditione fuisse liberatos in iure ecclesie maneat vt idonei, & peculium suum non aliis personis, sed tantum filiis suis derelinquant, ipsi quoque filiis & nepotibus cum pecuniis ipsorum quasi idoneis in iure ecclesie permanentibus in extaneam eis non liceat personam quāpiam transmittre, Si qui eorum sine herede decesserint peculium eorum sancte proficiat ecclesie.

Capitulum secundum.

Ea vero mancipia que memoratus episcopus de iure ecclesie sublata suis proximis contulit, si similia de proprio suo ecclesie ipsi non compensauit, ecclesia vestra absq; aliqua oppositione recipiat. Hanc formam non solum vestra hoc est astigitana seruabit ecclesia, sed & omnes qui per omnem beticam prouintiam tali conditione vel sorte de iure ecclesie commearunt, pari sententie subiacebunt. Durum est enim atq; irreligiosum, vt episcopus qui ecclesiasticis stipendiis viuit, & proprietatem suam lucris ecclesie minime confert, aliorum oblationes a iure ecclesiastico priuet.

Capitulum tertium.

Inter cetera vero cognoscite a nobis hoc definitum pro abolendis maculis clericorum, quia quidam episcoporum non obseruantes nuper edictum concilii Toletani decretum minus solliciti in subiectis existunt, placuit proinde vt si presbyter diaconi, vel clerici consortia extraneorum seminarum, vel ancillarum familiaritatem per sacerdotis sui admonitionem a se minus remouerint, seculi iudices easdem mulieres cum voluntate & permissu episcopi comprehēsas in suis lucris vsurpent, vt vitiū hoc dum sacerdos inhibere non preualet, potestas iudicialis coherceat dato tamen ab eisdem iudicibus sacramento episcopo, vt eas clericis nulla arte restituant, quod si restituerint ipsi iudices sententia excommunicationis feriātur. Mulierib⁹ vero illis iuxta priores canones a sacerdote distractis precium earum indigentibus dispensetur, que statuta manu nostra subscripsimus, data ad sanctitatem vestram die secundo Nonas nouembris. Anno quito gloriosi domini nostri Reccardi regis Era. DC. XXVIII. Leander ecclesie sancte Spalensis episcopus hanc constitutionem firmaui & subscripsi. Iohannes episcopus agabrensis hanc constitutionem firmaui & subscripsi. Agapius ecclesie sancte Cordubēsis ep̄s hanc constitutionem firmaui & subscripsi. Stephanus episcopus eliberitanus hanc constitutionem firmaui & subscripsi. Basilus episcopus elipensis hanc constitutionem firmaui, & subscripsi. Celatus episcopus tuicitanus hanc constitutionem firmaui, & subscripsi. Petrus episcopus aliberitanus hanc constitutionem firmaui, & subscripsi.

Explicit Concilium Spalense primum.

P. ii.

INCIPIVNT CAPITVLA CONCILII SPALENSIS SECVNDI.

- | | | | |
|------|--|------|--|
| i | De theodulphi malacitane ecclie querimoniis aduersus reliquos episcopos p quibusdam parochiis. | viii | De superbis ecclesie libertis, vt ad seruitium reuocentur. |
| ii | De querimoniis fulgentii & honorii episcoporum pro quibusdam parochiis. | ix | De economis, ne ex laicis constituantur. |
| iii | De desertoribus clericis, vt episcopis suis restituantur. | x | De monasteriis non conuellendis. |
| iiii | De bigamis ad presbyterium, vel diaconatum non promouendis. | xi | De monasteriis virginum, vt a monachis tueantur. |
| v | Ne presbyteri diaconum, vel presbyterum ordinare presumant. | xii | De quodam acephalorum episcopo rum. |
| vi | De presbyteris vel diaconibus ab vno episcopo non deponendis. | xiii | De duabus in christo naturis & vna persona. |
| vii | De his qui prohibentur corepiscopis | | Finiant capitula. |

INCIPIT CONCILIVM

SPALENSE SECVNDVM HABITVM ERA.DC.LIX.TEMPORE SECVTI REGIS.

A  **N** NOMINE DOMINI ET SALVATORIS NOSTRI Iesu christi Isidorus, Bisinnus, Rufinus, Fulgentius, Cambra, Fidentius, Theodulphus, & Honorius episcopi qui pariter in vrbe Spalensi pro aliquibus ecclesiasticis negotiis coadunati sumus. Cōsidentibus ergo nobis in secretario sacrosancte Hierl'm spalensis ecclesie cum illustribus viris Sisibuto rectore rerum publicarum, atq; sualane actore rerum fiscalium stāte religiosissimo clericorum cetu.

B **P**rima actiōe Theodulphi malacitane antistitis ecclesie ad nos oblata precatio est asserētis antiquā eiusdem vrbs parochiam militaris quodam hostilitatis discrimine fuisse decisam, & ex parte aliqua ab ecclesiis astrigitane celeberritane atque Agabrensis vrbiū esse retentam, pro qua re placuit, vt omnis parochia que ab antiqua diticne ante militarem hostilitatem retinuisse ecclesiā suam q̄ quis comprobaret, eius priuilegio restitueretur. Sicut enim per legem mundialem, hi quos barbarica seueritas captiua necessitate transuexit postliminio reuertentibus redditur antiqua possessio, non aliter & ecclesia receptura parochiam quam ante tenuit cum rebus suis siue ab aliis ecclesiis possideatur, siue in cuiuslibet possessionem transfusa sit, non enim erit obicienda prescriptio temporis, vbi necessitas interest hostilitatis.

C **I**nter memoratos fratres nostros fulgentium fastigitanum, & honorium cordubensem episcopos discussio agitata est propter parochiam Basilice cuiusdam quam horum alter celticensem, alter reginensem asseruit, & quia inter vtrasq; partes hactenus limitis actio vindicata est, cui quamuis vetusta retentione nullum iuris preiudiciū asferret. Ideoq; ne in dubiū vltra inter eos nra denotaretur sententia prolatis canonibus synodalia decreta perlecta sunt, quorum auctoritas premouet ita oportere inhiberi cupiditatem, vt ne quis terminos alienos usurpet. Ob hoc placuit inter alternas partes inspectionis viros mittendos, ita vt si in diocesis possidentis sitam basilicam veterib; signis limes preuisus monstrauerit, ecclesie cuius est ius retentionis sit eternum dominium, Quod & si limes legitimus eandem basilicam non recludit, & tamen longe temporis probatur obiecta prescriptio, appellatio repetentis episcopi non valebit, quia illi trigentalis obiectio silentium imponit, hoc enim & secularium principum edicta precipiunt, & presulum Romanorum decreuit auctoritas, sin vero infra metas trigenas temporis extra alienos terminos Basilice iniusta retentio reperitur, repetentis episcopi iuri sine mora restituetur.

Capitulum tertium.